

## Proslava 1500-godišnjice smrti sv. Augustina.

God. 1930. navršuje se 1500. godina smrti velikog crkvenog učitelja sv. Augustina. Španjolski Augustinci hoće da na poseban način poslave ovaj spomen raspisavši natječaj za znanstvene radnje o sv. Augustinu. Proglas odbora za proslavu 1500-godišnjice u cijelosti glasi:

Centenarium XV ab obitu Sancti Patris Augustini anno 1930 festus plaudet catholicus orbis, celsissimum acclamans ducem qui omnibus Patribus et Doctoribus veluti palmam praeripuisse vi-sus est.

Augustinenses igitur hispani, tam Eremitae quam praeclarissimae Recollectionis sodales, dum faustum eventum solennibus cele-brare pertenant, quae opportunio tempore nuntiata venient, ad tanti Patris gloriam Magnificandam et ut obsequiis memorati anni con-lustrantes ejus doctrinam litterae adstant, omnes totius mundi catho-licos scriptores ad certamen convocant eis proponentes quae subse-quuntur themata et praemia:

### Themat a et praemia.

1. — Methodica et critica expositio Theologiae Dogmaticae S. P. Augustini. (Praemium: 15,000 pts.)
2. — Sancti Augustini suique Instituti in progressum ac civili-tatem occidentalem influxus. (Praemium: 12,000 pts.)
3. — Organica expositio doctrinae juridicae, politicae et socialis S. Augustini cum scholis posterioribus comparatae. (Praemium: 10,000 pts.)
4. — Sermonum norma pro toto anno ex operibus S. Augustini cum argumentis excerpta. (Praemium: 8,000 pts.)
5. — Sanctus Augustinus S. Scripturae expositor, Psalmorum speciatim et evangeliorum. (Praemium: 5,000 pts.)
6. — Redactio systematica originalium inquisitionum philoso-philicarum S. Augustini. (Praemium: 5,000 pts.)
7. — Catholicae veritatis apologetica disquisitio juxta doc-trinam S. Augustini. (Praemium: 5,000 pts.)
8. — Opus S. Augustini De Civitate Dei origo et fundamentum scholae providentialistiae in explicatione gestarum hominum. (Prae-mium: 5,000 pts.)
9. — S. Augustini permagnus influxus in doctrinam Sancti Tho-mae Aquinatis. (Praemium: 5,000 pts.)
10. — Sancti Augustini doctrina ascetica et mystica. (Prae-mium: 3,000 pts.)
11. — Sancti Augustini pervulgata conceptio de pulchro et pulchritudine. (Praemium: 3,000 pts.)

12. — Doctrina et methodus catecheseos S. Augustini ejusque auctoritas inter catholicos catechistas. (Praemium: 3,000 pts.)

### Conditiones.

1.<sup>a</sup> Studia omnia in certamine exhibenda, inedita erunt et mechanographice scripta in foliis mensurae vulgaris, sive hispano idiomate, sive latino exarata, exceptis disserentibus de themate I, quae sermone latino exhiberi debent et de themate 4. quae hispanica lingua sunt coscribenda.

2.<sup>a</sup> Extensio cujuscumque dissertationis ita protrahenda erit ut, supposita impressione typographica, sufficiens inventatur ad unum vel plura votumina constituenda secundum sequentem normam, in qua paginarum numerus de unoquoque volumine singulatim intelligitur:

Pro 1. themate illustrando: Duo vol. 500 vel 600 pp. in 4.<sup>o</sup> maj.  
 — Pro singulis them. 2. et 3.: Unum vol 500 vel 600 pp. in 4.<sup>o</sup> maj.  
 — Pro 4. them.: Duo vol 500 vel 600 pp. in 4.<sup>o</sup> maj. — Pro singulis them.: 5. et 6.: Unum vol. 500 pp. in 4.<sup>o</sup> maj. — Pro 7. them.: Unum vol. 400 pp. in 4.<sup>o</sup> maj. — Pro them. 10.: Unum vol. 400 vel 500 pp. in 8.<sup>o</sup> — Pro singulis them. 8., 9., 11. et 12.: Unum vol. 150 vel 200 pp. in 8.<sup>o</sup>.

Duo vol. pro 4. themate demandata complecti debent bina schemata in quamcumque dominicam totius anni (vol. primum) et Sermones de Mysteriis, de Sanctis et de Communi Sanctorum (vol. secundum).

3.<sup>a</sup> Scripta remittentur clausa et anonyma ante diem 5 Maii 1930 ad R. P. Priorem Monasterii Escorialensis signata in prima pagina cum lemmate differentiali. Quod lemma repeti debet in fronte alias involueri omnino clausi sub quo lateant nomen ac domicilium auctoris ibi coscripta.

4.<sup>a</sup> In studiorum censura, Tribunal sibi jus reservat vel dengandi praemium iis quae secundum suum judicium sufficientia non habeantur, vel concedendi Accessit (in dimidia praemii parte consitens) illis quae hujus retributionis inveniantur digna.

5.<sup>a</sup> Omnis dissertationis aliquo modo praemiatae proprietas in favorem transiet Patrum Augustinensium qui hoc praeparant certamen, quique, si eas prelo ediderint, ad ducenta exemplaria respectivis auctoribus tradenda sese obligant.

6.<sup>a</sup> Tribunalis judicium de omnibus studiis ante diem 31 decembris anni 1930 publicum fiet.

Notitiae quae necessariae judicentur super hoc programmate demandari possunt a Secretario Commissionis (Madrid (I). — Columela, 12).

Matrixi 5 Octobris 1927.

Commissio pro Centenario.